



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

6 Vtrum homo possit eam mereri alii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

quælibet uirtus est principium alicuius operis: est enim uirtus habitus operatiuus, ut supra habitum est. ergo quælibet uirtus est equaliter principium merendi.

q. 55. arti. 3.

August. in Scrm. 9. a me dio. Et ser. 48. de tempore. parū ante hñem. tom. 10.

¶ 2 Præter. Apostolus dicit 1. ad Cor. 3. Vnusquisq; propriam mercedem accipiet secundum propriū laborem: sed charitas magis diminit laborem, q̄ augeat: quia, sicut Aug. dicit in lib. de uerbis dom. omnia seua & immania, facilia & prope nulla facit amor. ergo charitas non est principalius principiu merendi, quā alia uirtus.

¶ 3 Præter. Illa uirtus uidetur principalius esse principium merendi, cuius actus sunt maxime meritorij: sed maxime meritorij uidentur esse actus fidei, & patientie, siue fortitudinis, sicut patet in martyribus, qui pro fide patienter, & fortiter usq; ad mortem certauerūt. ergo alię uirtutes principalius sunt principium merendi, quā charitas.

SED CONTRA est, q̄ Dñs Io. 14. dicit. Si quis diligit me, diligetur a patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Sed in manifesta Dei cognitione consistit uita æterna, secundū illud Io. 17. Hęc est uita æterna, ut cognoscant te solum Deum uerum & uitium. ergo meritum uitę eterne maxime residet penes charitatem.

art. 1. hñius q.

RESPON. Dicendū, q̄ sicut ex distis* accipi pōt, humanus actus habet rōnem merendi ex duobus. Primo quidē & principaliter ex diuina ordinatione, s̄m quod actus dī esse meritorius illius boni, ad quod hō diuinitus ordinatur. Secundo uero ex parte liberi arbitrij, in quantum. s̄ hō habet præ ceteris creaturis, ut per se agat uoluntarie agens. Et quantū ad utrunq; principalitas meriti penes charitatē cōsistit. Primo. n. considerandum est, q̄ uita æterna in Dei fruitione consistit: motus autē humanę mentis ad fruitionē diuini boni, est proprius actus charitatis, per quē oēs actus aliarū uirtutum ordinantur in hunc finē, s̄m quod alię uirtutes imperantur a charitate. & iō meritū uitę æternę primo pertinet ad charitatē: ad alias autē uirtutes secundario. s̄m quod eorū actus a charitate imperant. Similiter ē manifestū est, q̄ id quod ex amore facimus, maxime uoluntarie facimus. Vñ ē secundum quod ad rationem meriti requiritur q̄ sit uoluntarium, principaliter meritum charitati attribuitur.

D. 1174. q. 9. arti. 1.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ charitas, in quantum habet ultimū finem pro obiecto, mouet alias uirtutes ad operandū. Semper. n. habitus ad quem pertinet finis, imperat habitibus, ad quos pertinent ea quę sunt ad finem, ut ex supradictis patet*.

In hom. Pen. recoll. & est 30. in Euan. non procul a prin. illi.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ opus aliquod pōt esse laboriosum, & difficile dupliciter. Vno modo ex magnitudine operis: & sic magnitudo laboris pertinet ad augmentum meriti, & sic charitas non diminit laborem, immo facit aggredi opera maxima: magna enim operatur si est, ut Greg. dicit in quadam homilia. * Alio modo ex defectu ipsius operantis. vnicuiq; enim est laboriosum & difficile, quod non prompta uoluntate facit: & talis labor diminit meritum, & a charitate tollitur.

D. 882.

AD TERTIVM dicendum, quod fidei actus non est meritorius, nisi fides^d per dilectionem operetur, ut dicitur ad Galat. 5. Similiter etiam actus patientiæ & fortitudinis non est meritorius, nisi aliquis ex charitate hæc operetur, secundum illud 1. ad Corinth. 13. Si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.

ARTICVLVS V.

Utrum homo possit sibi mereri primam gratiam.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod homo possit sibi mereri primam gratiam. ut Aug. dicit, * si fides meretur iustificationem, figuratur autem homo per primam gratiam: ergo potest mereri sibi primam gratiam.

¶ 1 Præter. Deus non dat gratiam, nisi digni dicatur aliquis dignus aliquo dono, nisi quod promeruit ex condigno. ergo aliquis ex condigno potest mereri primam gratiam.

¶ 3 Præterea. Apud homines aliquis potest mereri donum iam acceptum: sicut qui equum a domino meretur ipsum beneuolentiam in seruitio domini: sed Deus liberalior est homo. ergo multo magis primam gratiam acceptam potest homo promereri a Deo per quantia opera.

SED CONTRA est, quod ratio gratiæ merito operum, secundum illud Roman. 4. operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum: sed illud merito, quod imputatur sibi secundum debitum merces operum eius. ergo primam gratiam iustis homo mereri.

RESPON. Dicendum, quod donum meriti considerari potest dupliciter. Vno modo secundum rationem gratuiti doni, & sic manifestum est non meritum repugnat gratiæ: quia ut ad illud Apostolus dicit. Si ex operibus, iam non est. Alio modo potest considerari secundum meritum ipsius rei quæ donatur, & sic etiam non potest mereri sub merito non habentis gratiam, ut excedit proportionem naturæ: tum etiam meriti gratiam, in statu peccati homo habet meritum promerendi gratiam. s̄ ipsum potest. Postquam autem iam aliquis habet gratiam potest gratia iam habita sub merito cadere merces est terminus operis: gratia uero est premium cuiuslibet boni operis in nobis, ut dictum est. * Si uero aliud donum gratuitum mereatur uirtute gratiæ præcedentis, iam non potest mereri primam gratiam.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ sicut dicitur in lib. Retract. * Ipse aliquando in hoc sensu dicit q̄ credidit initium fidei esse ex nobis, sed ordinationem nobis dari ex Deo, quod ipse tractat: & ad hunc sensum uideatur pertinere fides iustificationē meretur. Sed si supponatur sicut fidei ueritas habet, quod initium fidei dicitur bis a Deo, iam etiam ipse actus fidei cōsequitur primam gratiam, & ita non potest esse meritorium gratiæ. Per fidem igitur iustificatur homo, quasi homo credendo meretur iustificationem, quia dum iustificatur, credit, eo quod meretur regreditur ad iustificationē impij, ut supra dicitur.

AD II. dicendum, quod Deus non dat gratiam dignis, non tamē ita quod prius digni fuerint, quia ipse per gratiam eos facit dignos, quod facere mundum de immundo conceptum est.

AD III. dicendum, quod oē bonum operis procedit a prima gratia sicut a principio, sicut procedit a quocunq; humano dono. Et ratio est similis rō de dono gratiæ, & de dono boni operis.

ARTICVLVS VI.

Utrum homo possit alteri mereri primam gratiam.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quod homo possit alteri mereri primam gratiam.

ARTICVLVS VII.

Utrum homo possit sibi mereri reparationem post lapsum.

¶ Super Quaest. 114. Art. septimum.

AD SEPTIMUM sic procedit. Videtur, quod aliquis possit sibi mereri reparationem post lapsum. Illud. n. quod iuste a Deo petitur, homo videtur posse mereri: sed nihil iustius a Deo petitur, ut Augus. dicit, quam quod reparatur post lapsum, secundum illud Psal. 70. Cum defecerit uirtus mea, ne derelinquas me Domine: ergo homo potest mereri, ut reparatur post lapsum.

¶ 2. Præ. Multo magis homini profunt opera sua, quam profint alij: sed homo potest aliquo modo alteri mereri reparationem post lapsum, sicut & primam gratiam, ergo multo magis sibi mereri potest, ut reparatur post lapsum.

¶ 3. Præ. Homo, qui aliquando fuit in gratia per bona opera que fecit, meruit sibi uitam æternam, ut ex supra dictis patet: sed ad uitam æternam non potest quis peruenire nisi reparatur per gratiam, ergo uidetur quod sibi meruit reparationem per gratiam.

SED CONTRA est, quod dicitur Ezechie. 18. Si auerterit se iustus a iustitia sua, & fecerit iniquitatem, omnes iustitiae eius, quas fecerat, non recordabuntur. ergo nihil ualebunt ei præcedentia merita ad hoc quod resurgat. non ergo aliquis potest sibi mereri reparationem post lapsum futurum.

RESPON. Dicendum, quod nullus potest sibi mereri reparationem post lapsum futurum neque merito condigni, neque merito congrui. Merito quidem condigni hoc sibi mereri non potest: quia ratio huius meriti dependet ex motione diuinæ gratiæ, quæ quidem motio interrumpitur per sequens peccatum; unde omnia beneficia, quæ postmodum aliquis a Deo consequitur, quibus reparatur, non cadunt sub merito, tanquam motione prioris gratiæ usque ad hæc non se extendente. Meritum etiam congrui, quo quis alteri primam gratiam meretur, impeditur ne consequatur effectum propter impedimentum peccati in eo, cui quis meretur. Multo igitur magis impeditur talis meriti efficacia per impedimentum, quod est & in eo qui meretur, & in eo cui meretur. hic enim utrunque in unam personam concurrat: & ideo nullo modo aliquis potest sibi mereri reparationem post lapsum.

IN art. 7. dubiū occurrit circa rōnem licet ad probandū, qd nullus pōt mereri ex condigno sibi reparationē post lapsum, quia scilicet motio diuinæ gratiæ interrumpitur per lapsum. Contra hæc siquidem rationem insitatur. Primo, quia non exigitur ad hoc, quod ali qua sit merces reddenda ex condigno, quod motio diuinæ gratiæ nō interrumpatur, ergo ratio licet, quæ ex interruptione inferri nō meretur, nihil ualeat. Assumptum patet: quia Iudas quandoq; meruit uitam æternam ex condigno, & in motio diuinæ gratiæ fuit interrupta. Et confirmatur, quia tantum est dicere, qd interruptio gratiæ facit, uel exigit aliquid nō cadere sub merito condigni, quantum dicere, nihil meremur ex condigno, nisi ad quod continuata gratia peruenimus: qd est falsū.

AD euentū huius difficultatis sciendum est, qd gratia dupliciter occurrit ad meritum. Primo, ut constituens hominē in statu remunerabili: & hoc facit gratia constituendo hominem diuinæ naturæ cōsortem. Secundo, ut principium actus meritorij: & quia secundū non solum supponit primū in rōne principij, sicut agere præsupponit esse, sed coexistit in rōne constitutis statum remunerabilis, ita qd nullus ex condigno meretur sibi homini, sed sibi constituto in gratia mercedē, uel pmiū simpliciter: ideo de rōne meriti ex condigno sibi, est cōstituere mercedē debitā sibi i statu gratiæ. Ita qd gratia non solum exigitur ad cōstituendam personam, quæ meret, & cui meretur, sed cui exhibendū sit pmiū. Et rō huius est uniuersalis, quia, si quodlibet meritū efficit mercedē debitam sibi in solo statu digno mercedē: nullus. n. meretur aliquid

rat. 2. huius q. & q. 16. 19. art. 5.

Matth. 9. Super illud, Videns Iesus fidem illorum &c. A dicit Glo. * Quantum ualet apud Deum fides propria, apud quem sic ualuit aliena, ut intus & extra sanaret hominem: sed interior sanatio hominis est per primam gratiā. ergo homo potest alteri mereri primam gratiam.

¶ 2. Præ. Orationes iustorum non sunt uacuae, sed efficaces, secundum illud Iacob. vlt. Multum ualet deprecatio iusti assidua: sed ibidem præmittitur, Orate pro inuicem, ut saluemini. cum igitur, salus hominis non possit esse nisi per gratiam, uidetur quod vnus homo possit alteri mereri primam gratiam.

¶ 3. Præ. Lucæ: 6. dicitur. Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant uos in æterna tabernacula: sed nullus recipitur in æterna tabernacula, nisi per gratiam, per quam solum aliquis meretur uitam æternam, ut supra dictū est. ergo vnus homo potest alteri acquirere merendo primam gratiam.

SED CONTRA est, quod dicitur Iere. 15. Si steterint Moyses, & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum: qui tamen fuerunt maximi meriti apud Deum. uidetur ergo quod nullus possit alteri mereri primam gratiam.

RESPON. Dicendum, quod sicut ex supradictis patet, opus nostrum habet rationem meriti ex duobus. Primo quidem ex ui motionis diuinæ, & sic meretur aliquis ex condigno. Alio modo habet rationem meriti, secundum quod procedit ex libero arbitrio in quantum uoluntarie aliquid facimus, & ex hac parte est meritum congrui: quia congruum est, ut dum homo bene utitur sua uirtute, Deus secundum super excellentem uirtutem excellentius operetur.

Ex quo patet, quod merito condigni nullus potest mereri alteri primam gratiam, nisi solus Christus. quia vnusquisque nostrum mouetur à Deo per donum gratiæ, ut ipse ad uitam æternam perueniat, & ideo meritum condigni ultra hanc motionem non se extendit. Sed anima Christi mota est à Deo per gratiam, non solum ut ipse perueniret ad gloriam uitæ æternæ, sed etiam ut alios in eam adduceret, in quantum est caput Ecclesiæ, & author salutis humanæ, secundum illud ad Heb. 2. Qui multos filios in gloria adduxerat, auctorem salutis &c. Sed merito congrui potest aliquis alteri mereri primam gratiam. Quia. n. homo in gratia constitutus implet Dei uoluntatem, congruum est secundum amicitie proportionem, ut Deus impleat hominis uoluntatem in saluatione alterius: licet quandoque possit habere impedimentum ex parte illius, cuius aliquis sanctus iustificationem desiderat. Et in hoc casu loquitur authoritas Ierem. ultimo inducta,

AD PRIMUM ergo dicendum, quod fides aliorum ualet alij ad salutem merito congrui, non merito condigni.

AD SECUNDUM dicendum, quod impetratio orationis inuitur misericordiam, meritum autem condigni inuitur iustitiæ: & ideo multa orando impetrat homo ex diuina misericordia, quæ tamen non meretur sibi iustitiam, secundum illud Dan. 9. Neque enim in iustificationis nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis.

AD TERTIUM dicendum, quod pauperes elemosinas recipientes, dicuntur recipere alios in tabernacula uel impetrando eis ueniam orando, uel merendo per alia bona ex congruo: uel etiam materialiter loquendo, quia per ipsa opera misericordie, quæ quis in pauperes exercet, meretur recipi in æterna tabernacula.